Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



misericordia domini plena est terra. Et tu nonne hoc nisi cum iustificatus impetrasset. In cui gratiam scientia ut proficiat adiungit. Et iustificationes tuas doce me. Explicit sermo .xvi.

Universus psalmo iste de quibus nunc in omnibus voluntate dei disputatum sum ab hoc incipiunt. Suavitate fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum. Si quidem autem gens CRESTOTERIAN aliquam suavitatem aliquam bonitatem nostri interpretes constituerint. Verum quae suavitas potest esse et in malo quando illicita quaque et in mundana delectatio potest esse et ea quae concedit voluptate carnali. Sic debemus intelligere suavitatem quam CRESTOTERIAN gentes vocant. ut bonis spiritibus deputat. Propter hoc enim ea et bonitatem nostri appellare voluerit. Nihil hic quaealiud dictum est ultimo suavitatem fecisti cum seruo tuo. Non fecisti ut me delectaret bonum. Quando enim delectat bonum. magnum est dei donum. Quando autem bonum operatur quod lex imperat fit timore pene. non amore iustitiae. cum deus manum non amat. seruum fit non liberum. Seruus autem non manet in domo in eternum. filius manet in eternum. et consummata karitas foras mittit timorem. Suavitatem fecisti cum seruo tuo. faciendo filium qui seruus fuit. secundum eloquium tuum. hoc est secundum promissum tuum. ut secundum fidem firma sit promissio omni semini. Suavitatem et eruditionem et scientiam doce me inquit. quia mandatis tuis credidi. Augeri ista poscit et profici. Nam utique et ita dixerat suavitatem fecisti cum seruo tuo. quam dicit suavitatem doce me. non ut ei gratia dei magis magisque habundet. ut innotescat dulcedinem suavitatis. Habebat enim fidem quam dixerat. Domine adauge nobis fidem. Et quamdiu unitur in hoc mundo. proficiendum est ista cantatio. Addidit autem et eruditionem. ut sicut plures codices habent disciplinam. Sed disciplinam quam graeci appellant PHEDYAN. ubi scriptum nostrae poenae consuetum. ubi intelligenda est per molestias eruditio secundum illud. Quem enim diligit dominus corripit. flagellat autem omnem filium quem recipit. Hoc apud ecclesiasticas litteras dici assolet disciplina. interpretata de graeco ubi legitur PHEDYN. Hoc enim uerbum in graeco positum est in epistola ad hebreos. ubi tamen interpretes ait. Omnis enim disciplina ad presens non gaudii uidetur esse sed tristitiae. postea autem fructum pacatissimum his qui per eam certatum reddet iustitiae. Cum quidem facit deus suavitatem. id est cum proficit inspirat bonam delectationem. atque ut aperuit id explicet cum donat a deo caritas dei. et praeter dominum karitas proximi. profecto instanter orare debet quatenus augeatur hoc donum. ut non solum per illo contemnat delectationes carnales. sed et per illo quibus et per ceteras passiones. Ita salubrium suavitatem addit disciplina. non enim quemlecumque suavitatem ut bonitatem hoc est caritatem sese poscenda est et optimenda. sed tam magne ut sub ea pressura non possit exungui. sed sicut ingens flamma sub impetu uentorum quanto magis repimur. tanto ardentior excitatur. Idcoparum fuit dicere suavitatem feci